

յարմուցեայ ի սեռեայնց: Resuscitatum fuisse à mortuis. յարմուցեայ est tempus prateritum infinitivi modi passivae vocis à verbo activo յարմուցելի resuscitare. ի est praepositio ablativi qua sequente consona adhibetur; ut e.g. ի սեռեայնց է mortuis. Sic quoque testatur resurrectione Christi Nierses Clajensis dum ait: À corruptione mortis resurrexit à mortuis die tertia, et apparuit Discipulis suis duodecim, et septuaginta illis, etiam istis quingentis, et aliis multis, qui ejus rei testes sunt et praedicatores in orbe terrarum, et quadraginta dies apparens cum illis loquebatur.
Ab. Ponitur in hac confessione Fidei speciali ex causa articulus iste, nimirum Christum Resurrexisse à mortuis, quia specialem quamdam difficultatem habet ab hoc articulo, quòd mortuus fuerit, nam licet Christus